

DEDICATORIA.

Cæterùm Elector Serenissime,
Domine Clementissime, quibus de
causis, Tuæ Celsitudini, hoc quic-
quid est laboris & operæ meæ, hu-
millime dicare ac inscribere voluerim:
haud longius mihi abeundū esse cen-
seo. Notus est, & tantum non per-
vulgatus, insignis ille Tuæ Celsitudi-
nis Zelus erga doctrinæ Cœlestis in-
corruptam veritatem: qui uti multis
alijs, primo hoc Electoratus feliciter
administrati anno, significationibus
in orbe Christiano increbuit: sic cum-
primis indè clarissimo jubare effulsit
& enituit: quòd Calvinistarum blas-
phemijs ad orcum relegatis, singu-
los & Universos, quotquot quidem
in clyto huic Electoratu, vel politi-
cam, vel Ecclesiasticam, vel Schola-
sticam navant operam, ad illius do-
ctrinæ fideique tum professionem
tum propagationem haud ita pridem,
solenni juramento astringi voluit:
quæ ex scriptis Prophetis & Aposto-
licis, in Confessione Augustana pri-
mâ illâ, minimeq; variatâ, est exposi-

b 4 ta: in